Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35421
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



natus eius cui? abscidit petrus auriculam.
Nonne ego vidi te in horto cum illo? Iterum g̃ negaverunt petrus: et statim gallus cantavit. Adducunt g̃ ihm̃ a caypha in pretorium. Erat autem mane: et ipsi non introierunt in pretorium vt non contaminarent sed vt manducarent pascha. Exiuit ergo pilatus ad eos foras et dixit. Quam accusationem affertis adversus hominem hunc. Respondent et dixerunt ei. Si non esset hic malefactor: non tibi tradidissemus eum. Dixit ergo eis pilatus. Accipite eum vos: et secundum legem vestram iudicate eum. Dixerunt ergo iudei. Nobis non licet interficere quemquam. vt sermo ihu impleret quem dixit: significans qua morte esset moriturus. Introiuit iterum in pretorium pilatus et vocauit ihm̃: et dixit ei. Tu es rex iudeorum. Et rndit ihs. A temetipso hoc dic: an alij tibi dixerunt de me. Respondit pilatus. Numquid ego iudeus sum. Gens tua et pontifices tui tradiderunt te mihi: quid fecisti. Respondit ihs. Regnum meum non est de hoc mundo: si ex hoc mundo esset regnum meum. ministri mei vtique decertarent vt non tderetur iudeis: nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit itaque ei pilatus. Ergo rex es tu. Respondit ihs. Tu dicis: quia rex ego sum. Ego in hoc natus sum: et ad hoc veni in mundum: vt testimonium phibeam veritati. Omnis qui est ex veritate audit meam vocem. Dicit ei pilatus. Quid est veritas. Et cum hoc dixisset: